

filius meus t. conf. Infans Ermisenda filia mea t. conf. *Secunda columna:* Joannes episcopus t. conf. Fortunio episcopus t. conf. Munio episcopus t. conf. Dominus Petrus abbas t. conf. *Tercera columna:* Fredinandus Rex galicie frater meus conf. Ranimirus Rex aragonie frater meus conf. Guter gutierrez conf. Galindo Galindoz conf. *Final:* Deinde omnes obtimates palacii mei laudant et confirmant. Actum publice apud Najaram Regnante domino nostro ihesu xristo in celo et in terra, et sub ejus imperio Ego GARSIAS filius Sancii Regis in pampilona et in Naiara, in Alava, in castella vetula, in ERA. M.<sup>a</sup> LX.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>, VII.<sup>c</sup> X.<sup>o</sup> Kalendas maii, Luna VIII.

## D. XII

*Crismón.* Sub nomine sancte et individue trinitatis quem ego fideliter credo summaque diligentia adoro, trinum in personis et unum in natura, qui cuncta dominatur elementa et vivens regnat per secula cuncta amen. Ego quidem GARSEA divino nutu Rex, concedo tibi conjux mea Stephania Regina, monasterio quod vocitatur sancte columbe virginis qui stat super ripam fluminis Alisone qui sistitur ad radicem montis quod vocitatur hero, qui est in territorio de senonas, que nunc nostris temporibus vocitatur iricum: concedo tibi illum jure perpetuo ut sit in tua potestate ad omni integritate cum omni pertinentia sua, decanias suas vel villas argizana et tor seka et font major, cum terminis, exitus atque regressus, seu pratis, pascuis. Hoc vero supra memoratum monasterium dono tibi [*entre líneas:* illud] cum omni herentia sua et ubicumque inveneris de omni pertinentia sua: sit in tua potestate jure perpetuo, et quicquid volueris ex eo voluntatem tuam adimpleas, et post obitus tui serviat ad monasterium aut cui tu dederis illum perpetim permansurum. Et hodie deinceps sit tibi hoc suprascriptum per secula possessurum, et si post me aliquis ex meo genere, filius, neptis, aut bisneptis aut qui ex mea propago venerit et voluerit hoc scriptum violare: careat binas lucernas ex fronte, et sit extraneus a consortio xristianorum, et cum juda traditore habeat portionem. Insuper sit anathema maranata, amen. Ego vero Garsea dei gratia Rex qui hanc cartam jussi esa[ra]re, de manu mea adfirmavi et hoc signum roboravi, coram presentes hos testibus, et mater mea Regina domna Majore, vel fratri meo Regi domno Ranimiro presentes meis manibus roboravi. *Subscripciones:* *Primera columna:* Sancius nutu dei episcopus mailensis testis. Sancius gratia dei episcopus pampilonensis t. Senior Fortunii

sancii qui mandat Naiara t. Sen. Azenari fortunionis de uarte t. Sen. Sancio fortunionis pont curbo t. Sen. Orioli sancii de tafalia t. Sen. Azenari sancii de petra lata t. Sen. Garsea sancii de vesica t. Sen. Garsea eximinonis de castro t. Sen. Fortun lopiz enisanicos t. Sen. Enneco lopiz de clavilio t. Senior Eximino garceiz de azofra t. *Segunda columna*: Sen. munio munioz de alav. t. Sen. enneco lopiz de bizkaya t. Sen. sancio maceratiz de alava t. Sen. sancio fortunionis de sancti stephani t. Sen. eximino garceiz regi domno Ranimiro [*entre líneas*: nutrix] t. Sen. fortunio azenariz de arakil t. Et alio senior fortun azenariz da lvar t. Seniore Belasco orioli t. Domno Ricolfo t.

*Final*: Facta carta donationis notum diem VI feria, VII Kalendaras Januarii, ERA MLXXXIII Regnante ego prefato Rege in pampilona et in castella, et Ranimiro Rege in aragone et in suprarbi. Fredinandus Rex in Legione.

*Signatura*: Fructuosus exaravit.

#### D. XIII

*Crismón*. Sub divina clementia videlicet patris et filii et spiritus sancti Regnantis in secula amen. Ego Adefonsus dei gratia hispanie imperator, facio hanc cartam donationis ad sanctam Mariam de Naiara. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate, et propter remedium anime mee, vel omnium parentum meorum, dono et offero domino deo et beatissime Marie genitricis ejus, et omnibus ibidem deo servientibus, illam decimam de illo portatico quod mihi exierit de Naiara. Similiter ei dono et ei offero ipsas tres villulas quas ego ipse ei reddidi. Id est covacardelle, et villa Almundar, et sancto Georgio de olia castro. Adhuc etiam ei concedo et ei adfirmo totas suas villas et suos monasterios, et totos suos honores, et totas suas hereditates, cum omnibus suis pertinentiis, et omnibus suis directuris, sicuti melius inde fuit tenente in diebus de meo tio cui sit requies. Hoc autem donativum supra nominatum offero et concedo ad sanctam Mariam Najarensem, in manus domni petri prioris, et omnibus ibidem deo servientibus, tam presentibus quam futuris ut sit tibi quietum et liberum et salvum et securum per secula cuncta. Si quis tamen quod fieri minime credo, hoc meum donativum dirrumpere vel inquietare presumptuose auferre temptaverit: iram dei omnipotentis incurrat, et a sacratissimo corpore et sanguine domini anathematizatus alienus existat, et cum dathan et abiron et juda domini proditore baratri sustineat penas in inferno inferiori, et hoc testamentum meum firmiter maneat in